



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Mulier ad vitæ extrema vimorbi perducta, in integrum restituitur ad B.
virginem deuotè conuersa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

CAECVS, IMPLORATA VIRGINI
ope, lumen recipit: & puer Herniosus à morbo liberatur, vbi eum pater B. virginie deuouit.

CAPVT XXXIV.

A No 1437. Iacobus Pascardus ager Tornaci ex morbo factus est cecus iamque transierat bimestre. Cumq; die quadam ei pararetur cibus, ingreditur cubiculum suum, ibique instinctu diuino permotus prociabit in genua, beatæ Virginie ex præcordijs supplicat visum sibi restitui: qui confectum, vltimo recepto, domesticis suis gaudij materiam ministravit. Memorato Iacobo filius eius Herniosus, dumque mittit qui accersat Chirurgum incidendi causa, filium pater deuouet beatissimæ Virginie peregrinum: Chirurgus autem adueniente, idem puer sanus repperus est.

MVLIER AD VITAE EXTREMAM
vi orbi perducta, in integrum restituitur ad B. virginem deuotè conuersa.

CAPVT XXXV.

A No 1438. vxor Aegidij Moreau ceteris sive coctoris Montibus grauitè laborans pene in mortis discrimen adducta erat. Quædam

dam eius famulus Lensi habitans eam inuisit,
& ut beatæ Virgini Camberonensi preces of-
fert, monuit: quod ilicò præstitit. Cumque a-
liquot ante horis animi deliquium passa esset,
simulque loquelam amisisset; tandem plenè
sanitati restituta, unà cum marito beatæ vir-
gini gratias actura venit.

CONIVGES DESPERATAE SANI-
tatis sanitatem consequuntur, ubi, voto fa-
cto, ad virginem recurrerunt.

CAPVT XXXVI.

Eodem anno mense Augusto Nicasius
Hauchinius eiusque coniux Manuij san-
cti Petri habitantes, in morbum adeò vech-
mentem inciderunt, ut nil nisi mors protinus
secutura videretur. Indeq; factum est ut extre-
ma vnctione munirentur, lustralesque cerei
quater in ipsorum manibus ponerentur. Ea
tibi res mira. Ut se ad beatæ Virgini Cambe-
ronensis ædiculam peregrinos deuouerunt
quotannis ad vitam, in ipso temporis momē-
to sanitate recuperata, lineis induti, ac nudis
pedibus subucula ferrea carni hærente (ut Re-
gestum habet) ad beatæ virginis pro tam
miraculosa recepta sanitate gratias
acturi venerunt.

E

M V